



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

VIII. Fragment einer Brandenburg - Brietzenschen Chronik.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55046](#)

... etiamque invenimus quod natus est anno MCMXIIII. Etiamque invenimus quod natus est anno MCMXVIII. Unde etiamque invenimus quod natus est anno MCMXXIIII. Unde etiamque invenimus quod natus est anno MCMXXVIII. Unde etiamque invenimus quod natus est anno MCMXXXIIII. Unde etiamque invenimus quod natus est anno MCMXXXVIII. Unde etiamque invenimus quod natus est anno MCMXXXIX. Unde etiamque invenimus quod natus est anno MCMXLIIII. Unde etiamque invenimus quod natus est anno MCMXLVIII. Unde etiamque invenimus quod natus est anno MCMXLIX. Unde etiamque invenimus quod natus est anno MCMXLI.

VIII.

Fragment einer Brandenburg-Briehenschen Chronik.

I.

(Descripta sunt haec de Verbo ad Verbum ex antiquo Codice, in quibus multa sunt obscura, igitur aequus lector pro se corrigat, que corrigi possunt et addat iis meliorem intellectum. Almaniam Germaniam esse puto.)

Albertus, pater Ottonis.

Otto, Filius Henrici, Dux Saxonie, qui inter Imperatores nondum computabatur, cum in Almania regnare ceperit Anno Domini CMXX. Idem Otto genuit tres filios, uidelicet Ottomem, Henricum et Brunonem. Bruno enim XIII annis Archiepiscopus Colonensis fuit. Sed Henricus in Almania plures terras obtinuit, et Otto successit patri et primus Cesar in Almania, et ante coronationem fundauit Episcopatum Brandenburgensem Anno CMXXXVIII et Titemarus primus Episcopus electus est Anno CMXLIX. Idem Otto coronatus est Anno CMLV et tunc primum deuolutum est Imperium Romanorum a Francia ad Almanos, et post coronationem fundauit Episcopatum Magdeburgensem Anno CMLXVIII. Eodem anno primus Episcopus Magdeburgensis Adelbertus nomine electus est in Archiepiscopum, ex quo patet Episcopatum Brandenburgensem extitisse ante Archiepiscopatum Magdeburgensem annis XXX.

Titemarus primus Episcopus Brandenburgensis. Ab eodem Episcopo usque ad Duodecimum Episcopum Brandenburgensem, uidelicet Ewigerum*), qui cepit regnare Anno MCXXXIX, Tiglow flauice**) et idolatria permanxit et effixerunt omnia, Titemaro primo Episcopo Brandenburgensi usque ad Ewigerum duodecimum in ordine Episcoporum (uidelicet CLIX) et ceteri Episcopi interpositi pro fide Christi interfici sunt.

*) Manuscript: Ewigern.

**) Manuscript: flanice.

Et his temporibus Episcopi Ewigeri Anno MCXXXIX fuit in Brandenburg quidam rex, qui flauice dicebatur Pribislaus, sed post conuerzionem accepto baptismo Henricus appellatus est, qui neque filios neque filias habuit, Marchionem principem, uidelicet Vrsum (teutonice Marggraff Beer) in filii adoptionem optauit et in heredem sui principatus instituit.

Idem Vrsum cum Ewigerio Episcopo Cathedralem Ecclesiam Brandenburgensem, diu destructam, cum adiutorio Dei reformauit et idolum, quod in Brandenburgk fuit ante Veterem ciuitatem in monte, et alia multa destruxit.

Et eadem Ecclesia Cathedralis Brandenburgensis ab Anno CMXLIX de ordine praemonstratenſium. (Fratres in habitu permanerunt usque ad annum MDVII. Eodem anno fratres immutauerunt habitum et Canonici Seculares effecti cum consensu Marchionis Joachimi Senioris et Electoris et Domini Jeronymi Episcopi Brandenburgensis.)

Idem Episcopus Brandenburgensis Ewigerus sedit annis XXI, menses IV, dies XVII. Hic interfuit, cum eligeretur praepositus Sancte Marie ordinis Praemonstratenſis in Magdeborch.

Hic Ewigerus clausam Litzke construxit et ibidem fratres sui ordinis collocauit et bonis dotauit, Anno MCXLVII qui cum Friderico Episcopo Magdeburgensi et Anshelmo Hanelbergenſi Episcopo accepta cruce contra paganos versus aquilonem habitantes profecti sunt et plures ad fidem christianam conuerterunt et baptifauerunt.

Et idem Ewigerus obiit Anno MCLXI Calend. Januarii et sepultus est in Capella in castro Brandenburgk.

Wichmannus, Episcopus Magdeburgensis, fundauit Coenobium sive Abbatiam Cisterciensium ordinis in Zcinna prope Juterbock Anno MCLXXI.

Otto primus Marchio et primus Elector huius nominis sub Imperatore Conrado primo fundauit Coenobium sive Abbatiam Lehnyn ordinis Cistertienſium Anno MCLXXX. (Ex his patet Zcinna fuisse IX annis ante Lehnyn) et ibidem sepultus. Hic genuit tres filios, uidelicet Ottонem, Henricum et Albertum.

Otto secundus Marchio huius nominis, filius primi Ottonis, licet uxorem habuit, tamen ex ea filios nec filias generabat, Vnde cruce signatus terram sanctam et alia Sanctorum limina accurate uisitabat. Hic Albertum, fratrem suum, terram suam deuastantem, cepit et in carcerem misit. Tandem super hoc compunctus, eum de carcere eduxit et heredem cum consensu sui Domini pronuncianit. Hic obiit Anno Domini MCLXXXVI et principatus Marchie est deuolatus ad fratrem suum Henricum.

Hic Marchiam citra Albim, uidelicet Tangermunde et Stendal et vicina loca possidens liberos non habebat; vnde et de terra sua Episcopatum intendens [facere], Eccleſiam Sancti Stephani in Tangermunde primo construxit. Tandem uidens profectum Ciuitatis Stendaliensis ibidem Ecclesiam Sancti Nicolai fundauit et omnes ecclesias alias ciuitatis et villas conferens Anno Domini MCLXXXVIII praepositum et XII canonicos introduxit, quam Eccleſiam ligno Domini et capitis Sancti Bartholomaei parte magna et aliis reliquiis et ornamentis plurimis decorauit et a Jurisdictione Hal-

berstadiensis Episcopi Dioceſiani eximi procurauit, et ut affectum ſuum oſtenderet, in festis Cappa ferica induitus ſe inter Canonicos collocauit et ad partem poſtea tantum IV annis ſuperuixit. Obijt Anno MCXCII et in choro eiusdem Eccleſie ſepultus.

Hic Comes de Tangermunde potius quam Marchio dicebatur et ſic principatus Marchiae ad Albertum iure hereditario eft deuolutus.

Albertus ſecundus huius nominis cepit regnare Anno MCXCII. Hic duxit Vxorem Mechtildem, filiam Conradi, Marchionis de Landesbergk, qui aedificauit Wolmirtſtede ſuper Oram et Oderbergk ſuper Oderam; Oſterburgk recuperauit Anno MCCVII et reliquit Marchiae heredes duos filios adhuc tenellos Joannem, Ottone m. Obijt Anno MCCXX. In claуtro Lehny, quod Otto fundauerat pater eius, ſepultus eft.

Mechtildis Joannem et Ottone adhuc tenellos ut mater educauit et multa perpeſſa a suis Baronibus pericula; ſed cum adiutorio Dei et Ducis Saxonie Marchiam prudenter gubernabat, filios Soltwedel, ubi erat residens, nutriebat et ad aetatem ſenilem perueniens obijt Anno MCCLV et in Lenyn ſepulta.

Joannes et Otto fratres hi cooperunt regnare Anno Domini MCCXX et, cum pueri erant, tutorem Henricum, comitem de Anhaldtt, habuerunt, quo tandem a tutela excluſo, terram ſuam confilio matris ſuae prudentiſſime gubernabant et concorditer, ut fratres decuit, conuixerunt, per quam concordiam inimicos eorum ſuppeditauerunt, amicos exaltauerunt, terras et reditus ampliauerunt fama, gloria et potentia exercuerunt.

A Domino Bornen terras Barnouen et Teltowe emerunt et Berlin, Straußeburgk, Franckfurtt, novum Brandenburgk et alia loca plurima exſtruxerunt, et ſic deferta ad agros reducentes bonis omnibus abundauerunt. In diuinis officiis capellanos plures tenuerunt et Monachos diuerſis ordinibus locauerunt.

Contra Albertum Magdeburgensem Archiepifcopum ſuper Planam fluuium Anno MCCXXIX cum adhuc eſſent iuuenes, confixerunt.

Anno Domini in feſto pentecoſtes Brandenburgk milites exſtant facti.

Poſtea Anno MCCXL Willebrando Magdeburgensi Archiepifcopo et Menardo Halberſtadiensi Epifcopo ſuper fluuium, qui Byffa dicitur, ductis exercitibus Joannes Marchio, cum Ottone fratre ſuo, refiſtente Marchioni Miſnenſi Henrico in partibus Mittenwaldae, glorioſiſſime triumphauit et capto Halberſtadieniſi Epifcopo et Baronibus, militibus et armigeris, Magdeburgensis Archiepifcopus vix effugit. Tunc vallantes ciuitatem et caſtrum Calbe funditus deſtruxerunt.

Deinde poſt annos IV idem Archiepifcopus et Marchio Miſnenſi Henricus miſſo exercitu copioſo prope Brandenburgum peruenit, cui Otto, Marchione Joanne alibi occupato, occurrit et cum eo ſtrenue conſixit inter Brandenburgk et Plaga, et nacto triumpho cepit plures, aliī fugerunt et tanto impetu pontem plagenſem tranſiuerunt, ut ponte fracto plures ſe ſubmerferunt. Hoc et his ſimilibus euenientibus ipſis pace inter Marchionem Miſnenſem et Magdeburgensem Archiepifcopum reformata, fama et gloria

claruerunt. Anno Domini MCCLVIII, paci et concordie filiorum, terram suam inter se diuiserunt.

Joannes duxit uxorem Sophiam, filiam Woldemari, regis Daniae sororem, et genuit Joannem [Ottонem, Conradum, Ericum et Henricum filios^{*)}].

Otto, qui duxit exercitum contra Magdeburgenes et inter Frose et Magdeburgum cum ipsis confligens in bello captus est Anno MCCLXXVIII idus Januarii. In cuius vindictam Johannes et reliqui, adiuncto fibi Alberto duce de Brunschuigk totam terram Ecclesie Magdeburgenis depopulantes castrum Hunoldesborch et Owesfelde ceperunt. Idem Otto duxit uxorem, ut supra filiam Johannis comitis Holsatie.

Conradus duxit vxorem filiam Primislai.

Johannes, quia septem habebat filios et filias, res obseruabat et ditatur, longo tempore oportuno distribuebat. Johannes enim obiit Anno Domini MCCLXVI, sepultus in Abbatia Corinenfi Cistertiensis ordinis, quam ipse fundauerat et multis redditibus locupletauerat.

Otto Tertius duxit vxorem Beaticem, filiam regis Bohemie, et genuit ex ea Johannem de praga, Ottонem Magnum, Albertum, Kunegundam, Mechtildem.

Hic homo deuotissimus, iejuniis, vigiliis, orationibus, genuflexionibus, flagellationibus, omni sexta feria in memoriam christi se uirgis corrigentem, ut Sanguinem de corpore suo fudit.

Hic Otto Anno Domini MCCLXVI aestiuo tempore in prussiam contra Sacracenos uadens et firmum castrum nouum Brandenburgum in terra prussinorum condidit.

Idem Otto Anno Domini MCCLIV fratres praedicatores, quos ex corde dilexit, Strutzebergum collocauit et eis aream et Bibliam DCC march ad Ecclesiam donauit, postea fratres Sehusen locans eis C libras et XX ad aream, ad libros contulit C marcas. Hic anno Domini MCCLXIV filiam suam conjungendo maritauit Belae, filio Belae, Regis Vngarie, fratris Beate Elizabeth, et rex Bohemie cum gloria nuptias celebrauit, qua defuncta Bela nupsit Ducis de Luneburgum filiam: Mechtildem aliam suam Domino Bornen dedit. Hic Bornen obiit Anno MCCLXXVIII Idus Novembris relinquens tres filios et duas filias et sepultus est in Stettin in Ecclesia Canonorum.

Praedictus Otto tercius obiit ante Brandenburgum audita Missa de Sancta Trinitate in Die Dominica praefentibus pluribus fratribus Anno MCCLXVII in die Sancti Dionisii, cuius corpus Beatrix, vxor ejus, cum Johanne et Ottone filiis suis dedicens Strutzebergum in choro fratrum praedicatorum, quem fundauerat et ubi sepulturam elegerat, prefente Conrado Magdeburgeni Archiepiscopo, Episcopo Lubucenfi et pluribus aliis principibus, comitibus et nobilibus, honorifice sepelierunt.

Johannes autem de praga primo genitus Ottonis tertii, qui miles factus

^{*)} In der Handschrift ist hier eine Lücke anstatt der oben eingeschalteten Namen der Söhne Johannes I.

fuerat in nuptiis sororis suae Kunegundis eodem anno, quo pater obierat, ad Torneamentum Merseburgk post pascha uadens hasta laesus et a suis male custoditus nocte mortuus est cruentus et in Lheninenfi claustro uel Ecclesia cum suis^{*)} Ottonis est sepultus. Et sic Otto Quartus frater ejus in hereditatem patris Ottonis Tertii successit et homagium in Marchia cepit Anno Domini MCCLXVIII.

II.

Idem Otto Quartus Marchio indulxit oppido Britzen, ut infra decennium muro circumdaretur lapideo, cujus Datum extat Prentzlow Anno Domini MCCXCVI, obiit Anno MCCCVII et dedit X annorum et ultra libertatem. Ludowicus, Marggraff zu Brandenburgk, Lufitz, Pfaltzgrauff beim Rhein, Hertzogk zu Beyern, Ertzcamerer, cepit regnare Anno MCCCVIII vnnd hatt verkauffet dem Rath zur Britzen die heide oben vnnd Innen mitt aller gerechtigkeit nach lautt des Kauffs vnnd gunstsbriefes, welcher Brief gegeben ist Anno Domini MCCCXLII, Am freitage vor Sanct Lorentz Tage, zu Spandow, et obiit eodem anno vide statim in initio.

Carolus Quartus Imperator, Rex Bohemiae et Marchio cepit regnare MCCCXLII, fuit Imperator XXI annis et Castrum in Tangermunda prope Albin construxit et cappellam in castro dotauit, praepositum et X Canonicos collocauit ibidem moram gesit, et obiit Anno MCCCLXXVIII, sepultus Pragae in Ecclesia Sancti Wenceslai.

Sigismundus, filius ejus, cum ei successit, Rex Bohemiae et Marchio, cepit regnare Anno MCCCLXXVIII, hic confirmauit priuilegia Imperatoris data Capitulo Tangermundenfi Anno MCCCLXXIX.

Jodocus, Elector et Dominus Moraue, cepit regere Anno Domini M. CCC. LXXXVIII. et dedit parochiam in Britzen Dominis Canonicis in Tangermunda pro molendinis in Rhatenaw Anno MCDI.

Jost, Marchio et Elector cepit regnare Anno MCDIX vnnd hatt der Stadt Britzen zollfrey ein priuilegium gegeben in seinem Lande.

Fridericus primus, Marchio et Elector de Burggrauis a Nurmbergk, cepit regnare Anno MCDXII et hereticos de Bernow oppido adjutorio Dei fugauit et depopulauit Anno MCDXXXII.

Fridericus Secundus, Marchio et Elector de Burggrauis Nurembergensium, cepit regnare Anno Domini MCDXCIV (?) vnnd er hatt gefurrt den Sachsen Kriegk Anno MCDL, vnnd die Spitze auff Sanct Nicolai Thurm zur Britzen ist gebawett Anno MCDLII vnnd hatt nur Sieben Jar gestanden vnnd durch grosse winde gefallen Anno Domini MCDLIX. Anno MCDLXXVII hatt Marggraff Hans hertzogk hans von Sachsen vor Crossen gefangen vnnd In gefenglichen gehalten, weill er gelebett hatt, et eodem anno cepit homagium a suis subditis.

^{*)} Cum suis scheint eine irrtümliche Lesart der Worte auf oder proani sui, welche vermutlich im Text standen, zu sein.

Anno sequenti MCDLXXVIII hatt Jan Kuck die Stadt Belitz mitt Verrheterey gewonnen am Sontage Vocem Jucunditatis, vnd Im selbigen Jare am Donnerstage im heiligen Pfingsten hatt Marggraaff hans dieselbige Stadt Belitz wider gewonnen vnd Jan Kuck mitt sejner geselschafft gefangen genommen, die nichtt erschlagen wehren. Auch im selbigen Jare MCDLXXVIII ist die Stadt Jutterbock von ihrem eigenem Fewer an Sanct Mertens Abendt ausgebrandt. Auch im selbigen Jare am Abendt Thomä Apostoli Kehmen die Netze vor der Stadt Britzen et fecerunt spolia in villis, et in reditu in agro Woltersdorff spoliati et interficti a Baltzer de Schlieben, tunc temporis Capitaneo in Trebbin.

Anno Domini MCDXCIX obiit Marchio Johannes in Arnsborgk et sepultus in claustro Lhenin.

Anno MCDXCIII zogk Marggraaff Hans vor Stendall. Idem Marggraaff hans, dum adhuc in Vita fuit, dedit den Schneidern zur Britzen Anno MCDLXXXII Ein priuilegium, das die frawen sollen so woll als die Manne Adelsbriefe bringen.

Im Jare MCDXCIX wardt ein Ersamer zur Britzen Ratth, als Benedictus Rietz, Thomas Schmidtt vnd Andreas Magnus, von hans Khunaw, ihrem feinde, Jedoch im heiligen dage bey dem Ruenbergk am Montag nach dem Achten der heiligen drey Könige gefangen.

Joachim, filius Joannis, Marchio et Elector Quintus de Burggrauis Nurnbergensium.

Albertus, frater Joachim supradicti principis et filius Johannis, qui sub Titulo praemonstratensem ordinatus beneficio Ecclesiastico carente tunc temporis Anno Domini MDXIII in Vigilia paschae in Magdeburgk et ejusdem anni mox Dominica Misericordias Domini in Berlin solenniter cantando primitias celebrauit in Ecclesia Sancti Nicolai et Anno Domini MDXIX electus est in Archiepiscopum Magdeburgensem et Episcopum Halberstadiensem et Dominica Cantate ejusdem anni a fratre Joachimo Electore solenniter cum MMCC equis, viris bene armatis atque ornatis introductus et eodem anno in die petri et pauli coronatus et anno Domini MDXVI in Archiepiscopum et Electorem Moguntinum est electus et Anno sequenti in Cardinalem fuit electus. Sed Joachim praedictus cepit homagium et regimen in Marchia Anno Domini MCDIC et celebrauit nuptias cum Regina Danie in stendal Anno Domini MDI, cum regina genuit duos filios Joachimum et Johannem, qui Joachim duxit vxorem, filiam Ducis Georgii Saxonie, Marggrauii Misnenfis etc. primam filiam dedit Alberto, Duci Meckelnburgensi, secundam filiam dedit Erico, Duci Brunsuicensi.

Anno Domini MD Ist die passion durch Ehrn Matthiam Baetz zur Britzen gespielett worden.

Anno Domini MDI ist die Vniuersitet zu wittembergk auffgerichtt worden.

Anno MDIII quinta Mensis Octobris, hoc fuit temporis quinta feria, Das ist an Sanct Borchards Abendt, fuerunt duo adolescentes incolae in oppido Britzen,

quod non est fas nominare, incarcerati eorum fortasse demeritis, aduenerunt tres praecones, neuter eorum ut fertur Vocatus, quibus ad perdendum eos ad iudicium tradidit tumultus, instigante pacis inimico quos dubitat lapides acclamauit omnes tres bedelli breui temporis spatio Lapidibus ceciderunt atque plures Juuenes et Senes (proh dolor) homicidas effecerunt, propius eis sit Deus.

(Corrigat hic quisque poterit; perperam sunt scripta: Sensus horum verborum subiiciendus erit Germanicis verbis ab eo, qui habet harum reram cognitionem plenioram.)